



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 92. Sessio XXXVIII. Basileensis Concilii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

& alii; Ex classe Doctorum, Nicolaus Sæcul. XV.
 Thibout Normannus, & Joannes de Val- A.C. 1439.
 le Brito; Ex Juris peritis, Guilielmus
 Hugonis Archidiaconus Metensis; Ex
 Germanica Natione, Fridericus Basileen-
 sis Episcopus, Conradus de Lucella, Ci-
 sterciensium Abbas, Detslaus Polonus
 Archidiaconus Cracoviensis, Joannes
 Wyler Basileensis Decanus, & Jacobus
 de Salisburgo Ratisbonensis Canonicus.
 Hispanos inter numerabantur Episcopi o-
 cto, & nonnulli Doctores ex Castella,
 Navarra, & Arragonia (*).

§. XCII.

*Sessio XXXVIII. Basileensis
Concilii.*

Cardinalis Arelatensis, cum hanc nomi- Labb. Conc.
 nationem ceteris probari intellige- to. 13. p. 629.
 ret, dissipato angore sereniorum induit fa- 633. §. 149.
 ciem, prudensque Triumvirorum confi-
 lium, selectumque ad astra usque extulit,
 tandem-

(*) Non pigeat Lectorem ex Spondano Ba-
 ronii continuatore ad hunc annum num. 42. do-
 tos in hac Nationum designatione a Basileensi-
 bus commissos addiscere, & Poggium Florenti-
 num in invect. in Antip. pag. 56. apud Odori-
 cum Raynaldum adhuc annum num. 34. con-
 sultare, qui horum electorum fraudulentam inde-
 lectis egregie describit.

Secul. XV. tandemque congregatos dimisit, ut ad
A. C. 1439. Sessionem trigesimam octavam, quæ tri-
gesima Octobris celebrata est, procedere
possent. In ea Sessione non modo de-
cretum adversus *investivam*, ut vocabantur
Eugenii Papæ, sed etiam futuri Papæ E-
lectores a tribus Deputatis seu Triumvi-
ris designatos confirmabant. Rem de-
vinam fecit Cardinalis Arelatensis, sub
qua lecto sacro Evangelio alius sermo
habuit, qui, postquam proluxa crimina-
tionum adversus Eugenium motarum &
narratione adstantium aures fatigaverat,
adhortatus est Electores, ut Papam
Prædecessore prorsus diversum, ac pie-
tate, & singulari erga Ecclesiam studio
illustrem eligerent. Cardinalis Præles
sumpta sacratissima Eucharistia ceteris
quoque futuræ electionis sociis ordine
suo Corpus Dominicum distribuit, primis
ad sacram Coenam accedentibus Archie-
piscopo Tarantasiensi, & aliis decem E-
piscopis, quos Abbates, ac ceteri seque-
bantur.

§. XCIII.

*Responsio ad decretum Eugenii adver-
sus Synodum.*

Peracto sacro solemnibus, & omnibus Præ-
latis Pontificio apparatu ornatis, Lu-
dovicus Episcopus Lausanensis, ambone